5892 Anconae rep. a. 1778.

V E R T V M N O
pila V A V G V S TO SACRVM S pila
KARVS · A
D I S P

Marini ms. Vatic.

Vertumno Augusto sacrum Karus A...... disp(ensator) ....v(otum) s(olvit).

5893 Anconae *trovata negli scavi alla man-di-drio per fare il nuovo arsenale* RIN. Est in curia.

A L E X S A N D E R
Q · I V L I · M E L I O R I S
MINISTER · D · SVO

Recognovi. Nissen *Bull. dell' inst.* 1865 p. 16; Rinaldini *mem. arch.* p. 87.

5894 in arcu Anconitano in parte ea quae oppidum spectat. 'Epitaphium arci triumphalis facti in portu Ancone in honorem Traiani imperatoris et Martiane sororis et Plotine coniugis eius per s. p. q. R.' SIGNORILI. 'Cum apud Anconitanum insignem illum marmoreum divi Traiani Caesaris arcum diligentius inspexisset, mirificum opus admirans cognovit a superiori parte deficere et auream illam equestrem statuam, quam inclytus olim ille senatus p. q. R. huic optumo principi huiusque saluberrimi portus providentissimo conditori conspicuas inter divae Marcianae sororis Plotinaeque coniugis imagines miraque architectorum ope dicarat. Sed ex eo denique mirifico arcu hoc ipsum epigramma descriptum est' SCALAMONTIVS IN VITA CYRIACI similiterque CYR. (ITIN. OTT.). — Romae ALC. 1 CHOL. 58 (1ide infra).

P L O T I N A E
AVG
CONIVGI · AVG

IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F · NERVAE
T R A I A N O · O P T I M O · A V G · G E R M A N I C
DACICO · PONT · MAX · TR · POT · XVIIII · IMP · IX p. C. 115
COS · VI · P · P · PROVIDENTISSIMO · PRINCIPI
SENATVS · P · Q · R · QVOD · ACCESSVM
ITALIAE · HOC · ETIAM · ADDITO · EX · PECVNIA · SVA
PORTV · TVTIOREM · NAVIGANTIBVS · REDDIDERIT

DIVAE
M A R C I A N A E
AVG
SORORI · AVG

Contuli post Henzenum et Nissenum. Signorili n. 81. 82 (v. vol. VI p. XXVI); Poggio n. 75 (vol. VI p. XXXIX); Cyriacus apud Scalamontium in vita (cod. Tarv. f. 40', ed. Colucci 15 p. LXX) et in itinerario (cod. Ottob. 2967 f. 20, ed. apud Mehusium Kyr. itin. p. 45) et in libris Pandulfiniano f. 71' et Vaticanis tribus 5252 f. 5, 3630 f. 49', 6875 f. 67' (adiecta 'expositione' f. 80') et Medic. 80, 22 p. 325. Pendent inde fere posteriores: Parmensis f. 102'; Chigianus f. 9'; Riccardianus 996 f. 18'; Felicianus cod. Marc. f. 68, cod. Ver. f. 106. 158; Marcanova cod. Bern. n. 302, cod. Mut. f. 151'; Ferrarinus cod. Trai. f. 79, cod. Reg. f. 90'; Redianus f. 107; Gudianus 253 f. 28; Iucundus Ver. f. 72; Bononius cod. Ott. 2967 f. 73'; Lilius f. 68; Gammarus cod. Stuttg. f. 169, cod. Trev. f. 30'; Alciatus Feae f. 25' indeque Choler f. 71' (inscriptiones laterales Romae collocatas habent Alciatus Feae f. 1 et Choler f. 58, collocatas Anconae Apianus 151, 2, qui Traiani titulum non refert); Peutinger cod. 526 f. 46. 120'. 125, cod. 527 f. 10; Sanutus cod. Ver. f. 131'. 132; Oliva ms. f. 45; Bellonus cod. Marc. Lat. 14, 192 f. 16; Marulus n. 73; Valvaso in schedis Murat. f. 6'; Peranzoni de laud. Pic. c. a. 1524 apud Coluccium 25 p. 76; Civalli *visita triennale* apud eundem 25 p. 84; Waelscapple ms. f. 49; Pighius in fine inscr. Transilvanarum ms.; Symeoni obs. p. 62, epit. p. 65; Leander Alberti *descrittione di tutta l' Italia* (Bononiae 1550) f. 245; Ligorius Taur. 2 (sub v. Ancona) et 21; Schradaeus mon. Ital. f. 276; Thevetus cosmogr. 2 f. 760. Denuo ex lapide Accursius n. 2 (quamquam et eum antiqua exempla potissimum secutum esse infra dicetur); Smetius qui vidit ms. Neap. p. 18 (inde opinor Panvinius in fastis ad a. 869, fortasse etiam Manutius Vat. 5235 part. 3 f. 27), ed. f. 11 (inde Grut. 247, 6 ex Smetio et Goltzio); Metellus Vat. 6038 f. 50; Lipsius ms. f. 11; Pighius Herc. p. 375 qui excripsit; Schottus itin. Ital. p. 83 ed. 1600; Holstenius qui vidit a. 1643 cod. Dresd. F 191 f. 16' (non affert nisi numeros v. 3. 4); Saracini p. 54; Volpi Calogerà *racc.* 19 (1739), 119; Colucci 15, 35; Peruzzi diss. Anc. f. 157 et tab.; *Giorn. Arcad.* 24 (1824), 70 p. 40; Leoni *ist. d' Anc.* 1, 158 cum tab., *Ancona ill.* p. 115. Orelli 792. Pictum dant arcum Barbault *monuments anciens* (Romae 1770) p. 47 et Rossini *archi trionfali* tabb. 44—46.

3 post DACICO inseruit ET·CYRIAC Grut. in ed. 2, provocans ad Schotti itinerarium Italiae; ibi autem id additamentum non reperitur, neque ego usquam alibi id inveni. Hagenbuchius (apud Orellium) probabiliter coniecit auctoris indicationem, puta 'e Cyriaco', male confusam esse cum ipsa inscriptione. — IMP·IX cum in arcu evidentissime legatur, pro eo Signorilius dedit IMP·IXI idque non solum Poggius retinuit, sed ipse quoque Cyriacus; certe IMP·IXI est in codicibus Tarvisino Pandulfiniano (ubi in margine emendatur IMP·IX) Vat. 3630. 5252. Ottob. 2967. Parm. Ricc. Red. Bonon. Marcan. (Bern. m. 1 et Mutin.) Felic. aliisque plerisque, IMP·XI, quae lectio emendatione ex illa effecta est, in Vat. 6875 (in expositione est 'imperatori decies') Waelscapplio Symeonio Pighio (Transilv.) Leandro Schradaeo. Veram lectionem ex antiquioribus habent soli Marcanova (Bern. a m. 2) indeque pendens liber Olivanus, ex recentioribus primus non Accursius (quippe qui IMP·IXI illud et ipse dederit vel potius retinuerit), sed Smetius (ms. indeque Panvin. Manut.; in ed. est IMP·/V/I adscripto in margine numero IX pro v. l.); idem habent Metellus, Pighius (Herc.), Schottus posterioresque.

5895 Anconae rep. a. 1864 prope forum antiquum (hodie *la piazza di S. Pellegrino*) *alle falde meridionali del colle di S. Ciriaco ossia Cumero o Guesco* in fundamentis domus Berettarum olim Azzoliniorum.

P · SEPTIMIO
GETAE · CAES
IMP · CAESAR
L · SEPTIMI · SE
VERI · PII · PERTI
NACIS · AVG ·
ARAB · ADIAB ·
FIL · IMP · AN
TONINI · FRATR
D D P

Recognovi descriptam a Nisseno. Ed. Rinaldini *Corriere delle Marche* 17 Iun. 1864 = *mem. arch.* p. 19, item *Bull. dell' inst.* 1865 p. 10. Tractavit Franc. Rocchi in epistula scripta 24 Iun. 1864 ad Lud. Mercantini *di una iscrizione in onore di Geta Cesare scoperta in Ancona* (ed. *Atti della Deputazione di Bologna* p. 83—94).

Tota inscriptio erasa est, legitur tamen.

6385 cippus ex lapide Tiburtino altus m. 0.93, latus m. 0.50, crassus m. 0.58, rep. Auximi cum n. 6383.

Q · SEPTVMIVS · C · F
NIGER · LEIBERAL

Descripsi ad ectypum gypsaceum a Cecconio missum.

CXXXIII. ANCONA (p. 572).

ad p 572. Adscribere oblitus sum verba Appiani b. c. 5, 23 ad a. u. c. 713: δύο δὲ στρατοῦ τέλη τὰ ἐς Ἀγκῶνα πόλιν ᾠκισμένα Καίσαρί τε ὄντα πατρῷα καὶ ἐστρατευμένα Ἀντωνίῳ ... πρέσβεις ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. Apparet Anconam coloniam deductam esse a triumviris post proelium ad Philippos.

ad n. 5894. Autographum exemplum Cyriaci extat in codice Vaticano olim Manutiano 5237 f. 213.

ad n. 5904. Lanzi in schedis a. 1783 ait legisse se Anconae in pila figuram alitem sustinente; scriptum esse titulum litteris pulcherrimis. — 1 fin. DE om. — 2 in. G om. — fin. OS·XI om.

ad n. 5922. Epigramma *ereptam* est etiam in libro Filonardiano f. 74' sub lemmate 'in Monticellis'. Legitur ibi 1 LVGET — 2 PVTAS — 3 FATVM·LVGET — 4 PVLCHRA — 5 AMOR EXCIDIT ET OMNE. Convenit igitur liber cum 'schedis Italicis' Burmanni.

6386 *fuora d' Anchona in santo Stefano vechio ruinato* SANGALLO.

B M
FLAVIO AVRELIANO
VETERANO QVI VIXIT
ANNIS LXII MESES · V
DIES · VI VALERIA
VIATORINA · CONIV*gi*
DVLCISSIMO · ET · FLA
VIVS · CALLIDIVS PATRI
BENE · MERENTI · POSVERVNT

Antonius Sangallo inter tabulas delineatas mus. Flor. n. 2099.

VIAE PVBLICAE REGIONVM II. IV. V.

II. VIA SALARIA (p. 582).

Mentio fieri debuit tituli urbani Eph. epigr. II p. 199 = C. VI, 3824 reperti prope portam Collinam ad caput viae Salariae, concepti autem sic:

Opera loc[ata in | censu]ra Caecili de ʜ[s . . . . . .] |
[*Via a]d mil. XXXV, pontem* | ɪɪ//ʟᴠɪᴏ . . . . | [*Pecuni]a adtributa est; populo const(at)* [ʜs . . *n*.] | . . . . *A. l. Pamphilo mancupi; ex(actore) ope[ris* . . . . . . | *cur(atore) v]iar(um), T. Vibio Temuudino q(uaestore) urb(ano).* |
[*Via gla]rea sternenda af mil(iario)* . . . . | [*et per Ap]p[e]nninum muunien[da]* . . . . . . | . . . . . *XX. Pecunia adtributa [es]t* . . . . .; | [*populo c]onst(at)* ʜs. *n*. /ↃↃI\\\\ *L. Rufilio L. l. I*. . . . . [*mancupi* | *ex(actore) oper(is)] T. Var[io] T. f. cur(atore) viar(um), T. Vi[bio Temuudino q(uaestore) urb(ano)].* |
[*Via af] mil(iario) LXX[xx]VIII ad mil(iarium) CXX* . . . . . ., [*item* | *altera v]ia Int[e]ramnium vo[rsus]* . . . | . . . *XX. Pecunia adtrib[uta est* . . . | . . .; *popu]lo const(at)* ʜs ↀ ↁ . . . . [*man]cupi, ex(actore) oper(is)] T. Sepunio T. f. C* . . . . . . | [*curatore via]r(um), T. Vibio Tem[uudino q(uaestore) urb(ano)].* |
. . . . . . *arcus dela[psus]* . . . . . | . . . . . *mancupi* . . . . . | . . . . ɪ\\\\ɪ | . . . . . *et ta*. . . . .

Censores Caecilios fasti exhibent quinque, a. 623 Q. Metellum Macedonicum, a. 634 Q. Metellum Baliaricum, a. 639 L. Metellum, a. 652 Q. Metellum Numidicum et C. Metellum Caprarium, quibus singulis in hunc titulum idem ius est, nisi forte duobus Metellis in censura collegis hoc obstat, quod in horum altero utro omissio praenominis etiam magis offendit. Quod olim praetuli ex his censorem a. 639, iam explosum est, postquam Dresselius confirmavit in miliario n. 5953 non CES· esse, sed COS· — Pons, qui fuit ad mil. XXXV viae Salariae, incidit in adfluentem fluvii Farfari quem Salaria transit secundo lapide post Vicum novum, hodie *Fosso della Villa*. — Salariam superare montem Appenninum ante miliarium LXXXXVIII recte convenit. — Bivium cum videatur indicari aut ad id ipsum miliarium aut post id, probabile est alteram viam perrexisse per S. Omero vicum ad Castrum novum (v. n. 5953), alteram ad Interamnium et fortasse inde ad Hatriam.

VII. VIA CLAVDIA VALERIA (p. 588).

ad n. 5973. De Pontano erravi; vide add. ad n. 3020.

VIII. *Inter vias Valeriam Latinam Traianam* (p. 589).

6386 *a* columna miliaria bis scripta rep. chil. I a loco q. d. *Punta della Penna* agri Histoniensis, quarto fere lapide ab Histonio.

vestigia prioris scripturae:
TINO

ET

DDD*d* · NNN*n*
COSTANTINO
MAX · AVG
et · c r i s p o a. 323/6
ET · CONSTA
NTINO · IVN
ET · CONSTA
NTIO · NOB
BB · CAESSSA
M · IIII

Ad ectypum ed. Fiorellius *Notizie degli scavi* 1883 p. 91.
4 erasus est, remansit solum punctum.
Similis fortasse fuit n. 5975.